Fragmentarium

tae sunt pronominae aut infinitae. quae sunt finitae.
quae recipiunt personae ut ego tu ille. quae sunt in
finitae. quae non recipiunt personas ut quis quae
quod. genera pronominum quot sunt. eadem fere quae et
nominum. masculinum ut quis. femininum ut quae. ne
utrum ut quod. commune ut qualis talis. trium ge
nerum ut ego tu. numeri pronominum quot sunt. duo.
qui. singularis ut hic. pluralis ut hi. figurae pro
nominum quot sunt. duae. quae. simplex ut quis.
composita ut quisquis. personae pronominum quot sunt.
tres. quae. prima ut ego. secunda ut tu. tertia
ut ille. casus pronominum quot sunt. sex. quae admo
dum et nominum per quos omnium generum pronomina
inflectuntur hoc modo. ego pronomen finitum. generis
omnis. numeri singularis. figurae simplicis. personae pri
mae. casus nominativi. quod declinabitur sic. ego
mei mihi me a me. et pluraliter nos nostri vel nostrum nobis
nos a nobis. personae secundae. generis masculini
numeri singularis. figurae simplicis. casus nominativi et
vocativi. quod declinabitur sic. tu tui tibi te o tu a
te. et pluraliter vos vestri vel vestrum vobis vos o vos a vobis. per
sonae tertiae. generis masculini. numeri singularis.
figurae simplicis. casus nominativi. quod declinabitur sic.
ille illius illi illum ab illo. et pluraliter illi illorum illis illos ab illis.
genere feminino numeri singularis illa illius illi illam ab illa.
et pluraliter illae illarum illis illas ab illis. genere neutro nu
meri singularis. illud illius illi illud ab illo. et pluraliter illa
illorum illis illa ab illis. Item in quae finita generis ma
sculini numeri singularis. ipse ipsius ipsi ipsum ab ipso.
et pluraliter ipsi ipsorum ipsis ipsos ab ipsis. genere feminini

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_056_25V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4908)